



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Aucta persecutio, n. 16.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

1580. tur : Omnis sermo per Angliam est de Patribus Societatis , quos hic Iesuitas vocant ; finguntur de illis plures fabulae quam olim à Poëtis de suis monstribus ; De origine , de instituto , de ratione viuendi , de consuetudinibus & doctrina , de actionibus & propositis tam multa dicuntur , tamque male sibi cohærentia , ut cuius appareat inanum caput esse deliramenta potius , quam recta rei alicuius narratio . Hæc tamen publicè , hæc priuatim , hæc pro concione , hæc scriptis libris vulgaruntur . Caput est ; venisse illos omnes nos à Pontifice exploratores , Proditores , & publicæ quietis interturbatores , Caluinistæ aliqui scriplerunt contra *Campianum* , & aduersus vniuersum ordinem Iesuitarum , vitam ipsam Ignatij Fundatoris perstringentes : Non tulere impunè : Intra decem dies prodixit responsio quæ perpetuum fronti ipsorum inscripsit ruborem ; finem non facerem narrandi , si zelum ardoremque Catholicorum hic velim per singula depingere .)

X V I. Quò se magis Patrum Sacerdotumque intendebat industria ad Aucta per fidem Orthodoxam inter hostium quotidianos incursum tuendam , eò atrocius hæresis infurgebatur in omnium ordinum Catholicos , ad constantiam subvertendam . Recentibus Regni Comitijs ad diem decimum sextum Ianuarij

1581. indictis , lanicatum est , ut quicunque decimum sextum ætatis annum expletet , nisi templo hæreticorum frequentaret , viginti libras pecuniaæ Anglicanae , hoc est , octoginta aureos , in singulos menses Reginæ penderet ; collectisque diebus qui in mensibus præter unum Februarium omnibus viginti octo excedunt , numerarunt in anno menses tredecim ; Tum læla Majestatis dicebatur reus , qui absolutionem ab hæresi vel à peccatis aut luauisset aut accepisset à Sacerdote Catholicè initiato : nimis id omne auocacionem ab debita Reginæ obedientia interpretabantur . Sacro sancto Missæ Sacrificio interfuisse culpa erat ducentis hexaginta sex aureis eluenda , & vnius anni custodiâ . Qui celebrasset in duplum mulctabatur . Quo in genere accidit nuper ridiculum quidpiam , atque ad Iudicium nostrorum in huiusmodi causis ingeniū perquam aptum : Cum secularis Sacerdos accusaretur de ordinibus lacris trans mare suscepimus , neque id duodecim viris (quorum est de facto indicare) satis probaretur , atque ea propter dixissent illi in fontem : quia tamen obscurus Apostata iure iurando confirmabat audiisse eundem missam celebrantem ante annos triginta , absolutus Sacerdotij , damnatus eius quod nisi Sacerdos esset facere non posset (cum tantæ multæ soluendæ non esset) hospitium ei perpetuum carcer factus est . Sed quod rem nostram attinet proprius ; harum legum occasione dati sunt in custodiâ sub hoc tempore Comes Southamptonius , Barones Pagettus , Comptonus , Vauxius ; Equites Aurati , Thomas Tressamus , Guilielmus Catesbeyus , Ioannes Arundelius , Nicolaus Pointz ; viri illustres & copiosi Rudolphus Sheldonus , Thomas Throckmortonus , & complures alii : atque inter ceteros Catholicarum partium præstantissimos cultores curatoreisque , Georgium